



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis Detractionibus

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. XVIII. Mutinen. hæreditatis. Præceptum à testatore hæredi injunctum de non utendo beneficio inventarii, an sit obligatorium, adeòt adita hæreditate, hæres tali beneficio uti non valeat, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

spio, §. nec urget Potissimè quia dabantur probationes & adminicula in genere super profusione notabilis pecuniarum quantitatis per defunctum factæ circa tempora morti proxima ob aliquas molestias eriminales; Est benè verum, quod omisio, vel defectiva confectio inventarii malum adminiculum causet ad alios effectus, ut *sub tit. de legitimis & de tract. & in aliis hoc eod. tit.*

MUTINEN.
H A E R E D I T A T I S,
I N T E R
LAURENTIUM, & CONSTANTIAM
DE CAMONCHIIS.

Responsum pro veritate.

Præceptum à testatore hæredi inunctum de non utendo beneficio inventarii, an sit obligatorium, ad eòdè adita hæreditate, hæres tali beneficio uti non valeat, vel potius sperni possit; Et quatenus defectus potestatis non concurreret, an, & quando dicatur adesse defectus voluntatis; Et quomodo dicatur constare, quod testator id voluerit.

Hæres contraveniens voluntati Testatoris, atque nolens ejus præceptum adimplere, an faciat suos fructus ex bonis hæreditariis interim perceptos; Et aliqua de imaginaria solutione, seu bonorum hæreditarium appropriatione sibi ipsi facta.

S U M M A R I U M.

- 1 *Acti series.*
- 2 **F** An testator possit prohibere conjectionem inventarii, referuntur opiniones hinc inde.
- 3 Referuntur plura Statuta ad imentiam beneficium inventarii.
- 4 Ex quibus probetur voluntas testatoris rohibendi inventarium.
- 5 Pro aditione requiritur actus certus & determinatus, & non sufficit suspensus.
- 6 Actus agentium non operantur ultra voluntatem agentis.
- 7 De restitutione in integrum competente adversus aditionem factam per majorem.
- 8 Ad effectum caducitatis & pœna requiritur dolus.
- 9 De materia imaginaria solutionis & appropriationis bonorum, quando intret.
- 10 An hæres erogans pecuniam suam in extinctionem aris absenti hæreditariis, ob id faciat suos fructus bonorum.
- 11 Bona fides, vel non mala, excusat à fructibus perceptis & consumptis.
- 12 Hæres putativus bona fidei excusat à disspationibus.
- 13 Quando hæres ob contraventionem præcepti testatoris teneatur ad restitutionem fructuum.

Franciscus de Camonchiis, instituto hærede Lavinio fratre, mandavit, ut infra mensem post sequutum ipsius testatoris obitum, solemniter, ac validè se obligare deberet, ad punctualiter exequenda omnia in testamento disposita, sub pœna caducitatis ad favorem Constantiæ sororis, quam tali casu substituit; Atque in hujus præcepti exequutionem Lavinus infra terminum præscriptum, (salvo beneficio invenarij, cum quo hæreditatem prædictam adire velle expressè professus est) dictam obligationem coram Notario, & testibus per publicum instrumentum fecit, deindeque ad inventarii confectioem juxta formam à lege, sive à loci stylo præscriptam processit; Hinc proinde inter prædictos Lavinium & Constantiam orta est dubitatio, an per dictam obligationem, cum tali præservativa factam, contraventum diceretur dicto testatoris præcepto, & an illud esset validum & obligatorium, ita ut factus esset, necnè locus caducitati, seu pœnali substitutioni, atque super hoc pro veritate ex parte utriusque consultus.

Respondi, hujusmodi quæstionem duplicem habere inspectionem, Unam generalem in abstracto super potestate, an scilicet, volens, possit testator, hæredem privare beneficio inventarii, ita ut hujusmodi præcepta valida & obligatoria sint, vel potius sperni possint; Et alteram specialem & in concreto super voluntate, an scilicet testator id voluerit; Et quatenus sic, ad eòdè, potestas ac voluntas in idem concurrerent, an adhuc integrum esset Lavinio hæredi, testatoris præceptum implere, atque non obstante dicta contraria declaratione, præfata substitutionis casum impedire.

Super prima inspectione, modicam dixi versari difficultatem, quoniam, licet *Guid. Pap. conf. 63. nu. 4. Phanuco. de invent. par. 2. numer. 69. Girzavell. de cis. 7. numer. 56. Altograd conf. 84. nu. 27. lib. 1. & ceteri apud eos, negent in testatore talem potestatem, ex regula nemo potest, &c. quasi quod hoc beneficium publico favore introductum, privatorum dispositionibus tolli non valeat; Contrarium tamen magis communiter tenent DD. collecti per *Surd. decis. 30. numer. 19. & sequen. Cancr. par. 3. var. capit. 2. de invent. numer. 235. Cyriac. contro. 160. numer. 103. Mangil. de imputatione quest. 134. per tot. benè Menoch. conf. 942. numer. 10. cum sequen. ubi tres casus distinguit; Unum, ubi prohibitio est in præjudicium creditorum, & tunc de plano procedit negativa; Alterum, ubi agitur de præjudicio legatariorum, & in hoc certant DD. ut liquet ex *Croto in d. l. nemo potest numer. 52. qui hos terminos percussit, atque adhuc probabilior videtur negativa ob remissionem doli, & occasionem delinquendi, quæ ita præbetur; Et tertium, quoad præjudicium ipsius hæredis, ne tali beneficio juvetur, & in hoc verior, magisque communis videtur affirmativa, qualem etiam canonizavit *Rota apud Cavaler. decis. 471. Atque verè ponderatis auctoritatibus, in quibus se fundant tenentes contrarium, præsertim Bald. in l. finali, Cod. arbitrium iur. el. num. 6. & Crot. ubi supra, cum quibus pertransit Phanuco. non percipiunt istum tertium casum, sed potius primum, vel secundum; Ideoque videtur originale inventum *Guid. Pap. dicto conf. 63. sine auctoritate, vel probabiliori ratione; Licet enim alleget Angel. in dicta l. finali Cod. ad arbitrium iur. el. 6. attamen quantum tunc videre licuit,*****

licite, hic Auctor illius tituli repetitionem non facit.

Et quemadmodum habemus passim recepta Statuta sic dispositionia, ut præsertim sunt Mediolanense & Florentinum, & alia, ita non videtur subesse ratio, cur testatori concedendum non sit idem, cum rectè procedat argumentum à Statutis ad contractus, cuius speciem huiusmodi actus habere videtur, quoniam quasi contrahi videtur inter testatorem & heredem, seu inter istum, & creditores, ac legatarios.

Potissimè quia, nulla concurrat resistentia juris naturalis, vel gentium, seu ratio bonorum morum naturalium, adeò de potestate dispositionis dubitari possit, quoniam attento jure antiquo, medio, & novo, istud beneficium ignotum erat, cum sit novum inventum Græcorum in jure novissimo Justinianis *l. finali. Cod. de jur. delib.*

Ea etiam convincit ratione ponderata, quod denegandum non videtur testatori præcipere ejus heredi id, quod ab ejus libera voluntate pendet, dum poterat non adire, atque ita quæcumque præjudicia evitare; Sed adeundo, potest etiam negligendo, huiusmodi beneficium se privare; Ideoque huiusmodi præjudicium, vel inconveniens in huiusmodi dispositione considerari potest, illud est ejusdem testatoris, qui ita se exponit periculo decedendi ab intestato, & non inveniendi heredem.

Quo verò ad alteram inspectionem facti, seu voluntatis; Dixi, ut quoties verba non sint clara & expressa, sed æquivoca, seu ambigua, tunc certa, & determinata regula desuper tradi non valeat, cum totum pendeat ex singulorum casuum individuis circumstantiis, prudentis Judicis arbitrio insimul ponderandis, inspecta scilicet qualitate testatoris, an sit literatus, vel idiota; Quantitate assis hereditarii, ac legatorum, aliorumque onerum, quæ testator integrè impleri voluit; Qualitate scripti heredis, an scilicet aliquam præsentionem haberet ex persona propria contra hereditatem, sub cuius prætextu, seu clypeo frequentius solent heredes beneficiarii, lites contra hereditatem excitare, atque ita morientium voluntatem eludere, ac etiam inspectis verbis, ex quibus desumendum sit, an testator ad id cogitaverit, talisque fuerit ejus intentio; Istæque sunt illæ circumstantiæ, quæ in proposito considerari solent per DD. de materia agentes, præsertim *Barbat. conf. 64. Cravert. conf. 174. Manoch. dicto conf. 94. n. 15. cum seqq.*

In hac autem facti specie, istis ita insinuatis; De proprio judicio respondere non potui, dum, quædam brevi particula testamenti solum transmissa, considerari non potuit totius testamenti contextus, qui semper inspicendus est pro defuncti voluntate indaganda, cum una pars alteram declarat, seu coadjuvet, atque frequentius ex tota dispositionis massa desumatur illa voluntas, quæ ex singulis partibus desumi non potest, neque dictarum aliarum circumstantiarum notitiam habebam.

Quo verò ad effectus exinde resultantes, quatenus potestas & voluntas concederentur; Dixi quod, aut detecta hereditate minus idonea, controversia erat cum substituto prætendente factum esse casum dictæ pænalis substitutionis ratione contraventionis; Primo casu, si hæres scriptus vellet talem personam exuere, atque ad evitandas creditorum & legatariorum molestias, effici non hæres, absolute tunc pro eo dixi respondendum videri, quoniam additio hereditatis dicitur actus pendens ab animo, qui ad hunc effectum cer-

tus, ac determinatus esse debet, non suspensus ab aliqua protestatione ad notata per scribentes in *l. pro hered. ff. de acquir. hered.* de quibus plenè *Cyriac. contrav. 244. numer. 33. 36. & 64.* Unde cum hic declarasset adire hereditatem cum beneficio legis & inventarii, & cum clausula *non aliàs, aliter, nec alio modo*, quatenus id subsistere non posset, cessare dicitur adeundi voluntas, cum actus voluntarii non possint obligare ultra voluntatem, neque actus agentium operentur ultra id, quod voluntas est *ad text. in l. voluntariè, Cod. de excusat. tutor. l. tutori, Cod. de negot. gest. Manic. decis. 267. numer. 3.* & in his terminis *Cyriac. ubi supra numer. 36* apud quem ceteri; Clausula enim prædicta removet consensum ab actu, atque inducit præcisam conditionem, ita ut tollat consensum in radice, atque omnino cessare faciat animum aliàs non faciendi, proindeque actus habeatur pro infecto, ex iis quæ in proposito alienationis factæ per prohibitum, & ex qua, pœna caducitatis, vel alter malus effectus resultare potest, habetur apud *Merlin. decis. 871. numer. 4. cum seqq. Orzob. decis. 16.* cum similibus, de quibus *sub tit. de emphyteusi, & sub altero de fideicommiss.*

Et in omnem eventum, cum voluntas non esset expressa, & clara, undè probabiliter hæres adeundo, credere potuit, quod tale præceptum tibi injunctum non esset, ac etiam stantibus dictis auctoritatibus, probabiliter opinari potuerit defectum potestatis, ideoque ubi etiam præceptum esset expressum, non esset obligatorium, idcirco ex his certum mihi videri respondi, resultare justam causam, ob quam ex clausula generali, *si qua mihi*, adversus dictam additionem, concedenda veniret restitutio in integrum, quam etiam majoribus adversus additionem hereditatis sive beneficio inventarii ex justa causa concedendam esse, in fortiori etiam casu plenè firmatur per *Rotam decis. 82. par. 9. rec.* quæ reputatur in materia magistralis sæpius deinde canonizata, præsertim in *Sancti Severini inventarii 30. Martii 1661. coram Verospio, & 23. Januarii 1662. coram Emerix.* Fortius autem in presenti casu, in quo cessant illæ difficultates, quæ pro huiusmodi restitutione deneganda excitantur apud *Andreol. contrav. 101.*

Quatenus verò ob hereditatis idoneitatem, ac opulentiam, admissa etiam dicta voluntate, hæres prædictus nollet hereditatem dimittere, sed eam, etiam sine tali beneficio agnoscere, adeò sola controversia esset cum substituto prætendente, quod ratione contraventionis factus esset casus pænalis substitutionis; Et tunc absque dubio respondendum dixi pro herede contra substitutum, quoniam præceptum non continebat prohibitionem conficiendi inventarium, sed solum punctualiter, & integrè adimplendi per ipsum testatorem disposita, & sic contraventio non consistebat in modo adeundi, sed solum in usu dicti beneficii, recusando ejus vigore ad implementum, sub prætextu retinendi bona hereditaria, ex propriis præsentionibus, & juribus quæ per inventarium præservata remanent; Ideoque contraventio consistit potius in usu, seu effectu dicti beneficii, quam in confectioe illius actus, ex quo illud in potentia competere potest, quoniam potentia, quæ non reducitur ad actum, non habetur in consideratione.

Et nihilominus, ubi etiam de stricta censura, modus adeundi, talem contraventionem impo-

tare

De LUCA
de
testamentis
et ceteris
CVI
9

vare posset, adhuc tamen præmissæ dubitationes, tam juris, quam facti, sufficientem, ac justam excusationis causam præbebant à dicta pœnali caducitate, ad cuius effectum receptum est requiri malitiam, & dolum, ita ut contraventio sit culposa ex deductis in his terminis substitutionis pœnalis apud Merlin. *decif. 491. num. 1. Orthob. decif. 110. num. 10. & sequen. & per tot. Neapolitana hereditatis 30. Ianuarii 1660. coram Cerro*, & habetur sæpius in sua materia *sub tit. de fideicommissis præsertim disc. 154. cum pluribus seqq.*

Ideoque ubi dicto Lavinio hæredi expediret hæreditatem non dimittere, non tamen simpliciter agnoscere, ut hoc præceptum testatoris de punctualiter adimplendo per eum disposita, importaret prohibitionem usus beneficii, & inventarii, ac effectuum exinde resultantium; Tunc consului ut ad se præservandum à dicta caducitate, fieri deberet per publicum instrumentum coram Notario, & testibus, sive pœnes acta alicujus Judicis competentis, declaratio, quod crediderit, & credat, per obligationem intrâ statutû terminum jam factâ, satisfecisse præcepto testatoris, quod tamen tam, ex dispositione juris, ac ratione potestatis, quam ex facto ratione voluntatis creditur compatibile cum beneficio inventarii, cum quo hæreditatem adire professus est; Et nihilominus, quatenus de jure, ac ser. ser. declararetur, quod diversa esset testatoris voluntas, quodque illa de jure efficax, & obligatoria esset, tali casu, ex nunc omni meliori modo, eam observare se obligabat ad eijusdem testatoris mentem, à competentibus Judice declaratam.

Ubi verò dicto hæredi non expediret hujusmodi periculo se exponere, sed potius hæredis personam exuendo, jura propria contra hæreditatem experiri; Consultus etiam fui de fructibus medio tempore perceptis, an venirent restituendi; Et quatenus generaliter affirmativè respondendum esset, an saltem suos fecerit eos, quas alias solvere oportuisset creditoribus censuariis, seu aliis usurariis per ipsum de propria pecunia dimissis.

Respondi contrâ hæredem super præensione per ejus Sapientes in partibus excitata, imaginariæ solutionis, seu appropriationis tot bonorum, quot cadebant sub pecuniis per eum solutis pro debitis hæreditariis extinguendis, quoniam hujusmodi privilegium conceditur solum hæredi beneficiato, ideoque numeratur inter effectus, seu privilegia inventarii, atque solum procedit pro illis debitis, quæ ante aditionem, atque de ejus tempore hæres consequi debet; Secus autem pro illis, quæ post aditionem, ac ratione administrationis hæreditatis obvenerunt, ut ita distinguendo habetur apud *Surd. decif. 92. Rot. in Romana bonorum de Casarius 5. Maii 1635. coram Motmanno*, & in aliis apud *Orthob. dec. 47. & Merlin. de pignor. lib. 5. quest. 14. n. 79. cum sequen.*

Quinimò utroque etiam extremo concurrente, quod scilicet sit hæres beneficiatus, atque agatur de debitis antè aditionem ex ejus tempore jam competentibus; Adhuc magis communis opinio per Rotam recepta est, ut hujusmodi imaginariæ solutionis effectus suffragetur ad solam assequutionem fructuum perceptorum ex bonis tali credito proportionatorum, non autem ad effectum formalis domini, nisi cum decreto Judicis, ac ser. ser. adjudicatio fiat, cum appropriatio propria auctoritate facta, ad id non sufficiat, ut ex *Marescotti. lib. 1. var. cap. 37. & aliis habetur in Romana fideicommissi de Minis 3. Junii 1661. coram Bourlemont, Romana fi-*

deicommissi de Boncompagni 14. Decemb. 1663. coram Bevilacqua, & in aliis ac advertitur in *Maceraten. disc. 28.*

Utrumque autem extremum, etiam ad effectum fructuum in præsentem deficiebat, quoniam ita iste remanebat non hæres à principio, solumque creditum non competeat de tempore aditionis, cum post illam obvenerit ratione administrationis ipsius hæreditatis, ideoque considerandus veniret tanquam nudus creditor pecuniarius, cui conceditur quidem retentio bonorum, donec per verum hæredem satisfiat, non autem ut faciat fructus suos, quoniam ita effectus recipere usuras ex credito merè pecuniario, quod importaret usuram, ad cuius effectum non inspicitur utilitas debitoris, sed interesse creditoris, ut in sua materia *sub tit. de usur.* Et sic non ex eo quod ex credita pecunia debitor, usurarium, seu fructiferum debitum extinxerit, resultat ut creditor licite usuras, & accessiones ex pecunia assequi possit, nisi concurreret ratio restaurativa proprii interesse, quia nempe hæres proprios effectus fructiferos ad hunc effectum vendidisset, sive pecunias in vestimentis, vel honestis lucris destinatas, & paratas ad id erogaverit, ita ut agatur de restauratione legitimi interesse potius quam de lucro accessionibus, ut in *dicta Maceraten. disc. 28.*

Cæterum, quatenus pertinet ad fructus jam perceptos, & consumptos, ita ut nec verè, nec interpretativè per locupletationem extarent, unde propter eam hæres, non contenderet de lucro captando, seu de faciendo se cum eis locupletiorum, sed solum de damno vitando, ne scilicet de proprio patrimonio restituere cogatur eos fructus, quos titulo hæreditario tanquam suos percepit, & consumpsit, alias fortè tanti non consumpturus, Et tunc omninò verius mihi videri respondit, ut ad illorum restitutionem coginon posset, quoniam præmissa concernentia probabile juris dubium circa defectum potestatis, clariùs verò alia concernentia defectum voluntatis, abundare videbantur ad inducendam bonam fidem, vel saltem ad excludendam malam, quam abesse sufficit ad inducendam excusationem à fructibus perceptis, & consumptis ex deductis per *Cavalier. decif. 409. & 645. Gregor. & Adden. decif. 74. Buvant. & Adden. decif. 184. decif. 3 par. 7. rec. & passim*; Et in specialibus terminis hæres putativi bonæ fidei, excusandi, non solum à fructibus perceptis, & consumptis, sed etiam à consumptione ipsorum bonorum in sorte principaliter clarè disponitur in *lib. sed & si lege §. eos autem, & lib. item venium §. consuluit ff. de pœnit. heredit.* ubi *Castrenf. & ceteri*, de quibus in *Romana hereditatis 23. Junii 1662. coram Nino. de qua habetur actum sub tit. de Regalibus ad materiam officiorum disc. 1. & habetur hoc tit. disc. præced.*

Ea verò, quæ per Sapientes de partibus motivabantur, super restitutione fructuum faciendâ per hæredem testatoris præcepto contravenientem ex deductis per *Parisi. conf. 19. num. 53. & sequen. lib. 2. Peregr. de fideicommissi. art. 11. n. 121. Fusar. quest. 447. n. 3. & alios*, percipiunt casum claræ, & inexcusabilis contraventionis, continentis formalem voluntarium spretum, ob quem hæres de indignitate, vel ingratitude redargui valeat, quoniam tunc fingitur non hæres, ac malæ fidei possessor à principio; Secus autem ubi aliqua justa excusationis causa concurrat, per quam cesset tale ingratitude delictum, quod est dictæ conclusionis fundamentum; Mul-

Mulgoque magis dicta æquitativa circumstantia accedente, quod scilicet hæreditas, seu ejus nomine substitutus, præterdendens dictorum fructuum restitutionem, potius contendere diceretur de faciendo lucrum ex alieno, quoniam nisi hic intermedium possessor hæreditatis, debita fructifera de proprio extinxisset, hujusmodi fructus in notabili parte à fructibus passivis æris alieni absorpti fuissent; Et quoad debita non fructifera, stante creditorum urgentia, opus etiam fuisset, pro illis extinguendis, vendere bona, ex quibus illi percepti sunt, ideoque hæredis veri commodo non cessissent.

pluribus annis ante excidium, de quo infra (incertum est ex cujus parte) productum in Tribunali Regiæ Camera Summarie ex cujus facie patebat de ejus imperfectione ob nullas adhibitas solemnitates, de jure, vel stylo adhibendas; Cumque propterea exequutores ad executionem processissent, hinc proinde reassumpta causa coram eodem A.C. de plano revocata fuit dicta executio tanquam invalida cum refectione expensarum, dum facultas exequutoris erat circa executionem mandati contra bona hæreditaria, non autem contra personam & bona propria hæredis, quod speciali novo mandato indigebat, deindeque assumpta fuit disputatio, an actoribus competeret actio contra personam & bona propria hæredum, dua que erant hujus disputationis partes; Una scilicet in negotio principali super dicta actionis competentia; Et altera circa ordinem judicii executivi desuper ab actoribus intentati.

ARIANEN.

PRO

MARCO, ET ALIIS DE TANCREDIS

CUM

SCIPIONE MARADIA, ET ALIIS.

Casus disputatus coram A. C. resolutus pro Marco.

An hæredi, quem constat inventarium confecisse, illius beneficium suffragetur, si ipsium inventarium amissum fuerit, & quomodo probetur amissio; Et an ista probata, obstet existentia ejus copiarum, vel sumptuum, ex quo pateat illud esse minus solemnem.

SUMMARIUM.

- 1 *Acti series.*
- 2 *Quando intret necesse judicium executionum cum hærede.*
- 3 *Sufficiens in inventario solemnitates, qua adhibentur de stylo.*
- 4 *Negativa non probatur ex actis, qua non sunt integra.*
- 5 *Amissa scriptura quomodo ejus tenor debeat probari.*
- 6 *Declaratur.*
- 7 *Nullitas non presumitur, sed presumptio est pro validitate actorum judicialium.*

DISC. XIX.

O Biento per Scipionem, & confortes mandato executivo pro ducat. 1200. contra hæreditatem, ac bona Marci Tancredi senioris Nunciaturæ Neapolis, illiusque executione demandata per A. C. ad quem per appellationem causa devoluta fuerat; Cum in actu exequendi coram officialibus ejusdem Nunciaturæ, Marcus junior, & alii de Tancredis juxta eam cautelam, quam in Curia dicimus *Angeli*, opposuissent, quod bona per dictum Marcum eorum avum possessa, per ipsos possiderentur, tanquam tertios pro dotibus & aliis, quodque hæreditaria qualitas debitoris eorum avi obstare non deberet ob beneficium inventarii, hinc actores coram eodem exequutore petierunt exequi etiam contra personas, & bona propria, ob eusdem inventarii defectum, ad quem justificandum, produxerunt quoddam ejusdem inventarii sumptum à *Parti II. de Hærede.*

Inase verò opus videbatur agere de hoc secundo, dum ex parte reorum, pro quibus scribebam, principaliter insistebatur in primo, quo subsistente, ut scilicet inventarii beneficium suffragaretur, extranea remanebat questio super unius vel alterius actionis competentia; Et nihilominus etiam in hoc puncto dicebam eadem, quæ habentur *discurs. 21.* quod quando constat de inventarii confectioe in genere, sed cadat questio, an sit legitimum, vel illegitimum, sive an rationes bene reddantur, necne, dicatur questio petitorii, ideoque tractanda in judicio ordinario, & appellabili ex ibi deductis.

Quo verò ad primum punctum, non negabant actores confectioem inventarii in genere, dum ipsimet ejus sumptum pro duxerunt, insistebant tamen in eo quod esset defectivum, dum ex dicto sumpto constabat adhibitas non esse solemnitates præscriptas per text. in *l. fin. Cod. de jur. deliber.* vel saltem eas, quæ adhiberi solent de stylo loci, quod ex veriori, & recepta sententia sufficit ex deductis supra *disc. 17.*

Scribens autem pro reis dicebam, (etiam in sensu veritatis,) id obflare posse, quando Notarius attestaretur, quod illa esset copia integra omnium, & singulorum actorum, cum tunc rectè probaretur negativa; Secus autem non constituto de integritate, quoniam tali casu rectè dici potest, quod ea, quæ deficiunt, essent in aliis actis, quoties non agatur de re, de qua ex sui natura per necessesse apparere deberet ex illis actis, quorum copia habetur, quoniam in dubio presumptio est pro validitate, istaque sola possibilitas excludit illam concludentem probationem, qua premitur ille, qui allegat nullitatem, seu defectum ex deductis per *Buratt. & Add. decis. 264. num. 2.* & habetur pluries *sub tit. de judic.* in proposito nullitatis ex defectu citationis cum similibus, cum sit recepta distinctio in praxi quotidiana; Potuit enim pro minori sumptu extrahi solum copia ipsius inventarii continentis descriptionem bonorum, ad effectum firmandi statum hæreditatis, vel probandi aliquorum bonorum identitatem, absque necessitate extrahendi alia acta respicientia solemnitates, & præparatoria; Clarius verò, ac extrà omne dubium, quoniam hæc possibilitas, quæ sola etiam sufficeret, comprobata remanebat ab attestatione Notariorum illius Civitatis, ut talis esset stylus dandi scilicet copiam inventarii in corpore, non autem illam actorum præparatoriorum contentium solemnitates.

Replicabant Scribentes pro actoribus, quod saltem deberet de hujusmodi solemnitatibus doceri; Cumque

D Cumque

De LUCA
de
testamentis
et
cui